



Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXIX. Henniacvm Lietardi, Abbatia, congregationis olim Aroasiensis,
in Belgio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

1138. dedit. Otto Frisingensis meminit ob-
sidionis lib. I. cap. 63. de vita Friderici Impe-
ratoris; sed de donatione S. Magno facta
nihil.

Hartuuicus secundus Episcopus huic mo-
nasterio alia quam plurima priuilegia dedit,
inter quae etiam Ecclesiam in Saler , anno
1156. & 1161.

In descriptionibus apud S. Magnum habe-
tur, prædictum Gebhardum fundatorem fu-
isse de familia *Comitum Raning*, cuius castri
vestigia adhuc exstant iuxta Labarum am-
nem. Ioannes Auentinus lib. 6. ita habet: *Con-
radus, Henricus, Gebhardus, mysta Reginoburgen-
sis, fratres Germani de Raning & Rotenburch
Comites, cum matre Matlelda Paring, & D. Ma-
gnum ad confluentes Danubij & Regni, in aduer-
sa Reginoburgij riva, monachis Augustinianis de-
dicant. Sic ferè Hundius in Metropolì Salis-
burgensi.*

CAPVT LXIX.

*HENNIACVM LIETARDI, AB-
batia, congregationis olim Aroaz
sienfis, in Belgio.*

DE huius monasterij primis initijs ita
Chronographus Cameracensis, qui té-
pore Gerardi, eo nomine secundi, Camera-
censis Episcopi, anno nimirum Christi mille-
fimo

fimo quadragesimo floruit: In vico, quem dicunt Henin, est Basilica in honore S. Martini, ante hac vnius tantum presbyteri regimine acta. Nuper verò Robertus Atrebatenſis, de remedio animæ tractans, consilio Gerardi Episcopi, expensis proprijs rebus, duodecim Canonicos inibi deputauit.

Est autem Henniacum, vulgò *Hennin Lie-tart*, pagus secundo lapide à Duaco Flandriæ vrbe & Academia situs, titulo Comitatus à Philippo Secundo Rege Catholico donatus.

Cæterum Henniacense monasterium putatur fundatum anno 1040. à dicto Roberto Aduocato seu Tute Atrebatenſi: sed Canonici facti sunt demum Regulares anno 1094. suadente Lamberto Atrebatenſi Episcopo. Vide supra cap: 10.

Eiusdem congregations Aroasiensis fuit olim Abbtia Cifoniensis, apud Insulas Flandiæ vrbum. Quod quidem monasterium fundauit S. Euerardus Comes Cifoniensis & Dux Foroiuliensis, anno Christi, vt quidam vocant, octingentesimo tricesimo octauo.

Idem S. Calixti Papæ & martyris corpus ex Italia Cifonium, anno octingentesimo quinquagesimo quinto attulit, teste Molano in Natalibus Sanctorum Belgij.

Fuit autem Cifonium olim Canonicorum

L. 4

sæcu-

1040.

1094.

sæcularium Collegium, quod in Canonico-
rum regularium monasterium, an. 1129. con-
uersum est, auctori bus *Hermanno Insulensi*,
viro nobili, itemque *Leitardo ac Ruberto Ca-*
nonicis. Abbas primus nuncupatus est *Ansel-*
mus, qui Remis ad S. *Dionysij* antea Canoni-
cus fuerat; teste Meyero in Annalibus Flan-
driæ.

Habuit porrò S. Euerardus piissimam con-
iugem *Gislam* nomine, quæ *Bellum Reparum*,
celebrem Prioratum, ut vocant, à Cisonio de-
pendentem fundauit.

Tradunt autem *Gislam*, siue Gillam fuisse
filiam Ludouici Pij Augusti, & Judithæ Au-
gustæ, itemque sororem Caroli Calui Fran-
corū Regis; teste Meyero in Annalibus Flan-
driæ ad ann. 1282. De Cisonio, vide suprà cap.
vigesimali primo.

Loe Comitatus.

Cisonium & Fanopinum cap. 21.

Aroasia, cap. 10.

Bapalma monast. in Artesia.

Malonia, dicecesis Leodiensis.

Bamberga Collegium Episcopatus.

B. Mariæ collegium Brugis, vide Orig.
Augustin. cap. 33.

CAPUT